

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Aliqvot // [Aliquot] Epistolæ Reverendi // Patris Piæ
Memoriæ D. // Martini Lutheri quibusdam Theologis // ad
Augustana comitia Anno 1530 scri//ptæ**

Luther, Martin

[S.l.], 1549

VD16 L 3724

Doc. Martinus Lutherus ad Philip. Melantho.

urn:nbn:de:bsz:31-61767

Iob. 4. 1.

Si enim nos illius promissis non erigimur, obsecro, qui sunt iam alij in mundo, ad quos ea pertineant? Sed alijs plura, nisi quod in mare aquam porto. Christus Spiritu suo uos omnes soletur, roboret, & doceat Amen. Si audiero rem male affectam apud uos fore, & periclitari, uix continebo quin aduolam, uisurus gyrum istum dentium Sathane formidabilem, ut scriptura dicit. Ex Eremita nostra, feria secunda Ioannis. 1530.

DOC. MARTINVS LV-
therus ad Philip. Melantheo.

9.

Alludite
ad spe-
ctra ibi
uisa in
monasti-
ca ueste.

GRatiam & pacem in Christo. Mirabar hoc si sic abiret, mi Philippe, quod hos abitros illi ferre potuerint, & amice de causa tentarint tractare, obsecro quid ibi non est insidiarum & dolit? Habes nunc campum, habes Saltzburgium, habes plane laruos illos monachos Spire Rhenum transuectos. Quid enim ego minus unquam speraui? Et quid adhuc minus opto, quam ut doctrina concordia tractetur? Quasi uero nos papam deijcere possimus, aut quasi saluo papatu nostra doctrina salua esse possit. Ille scilicet sedus & pactum simulat, ut papa maneat, uult concedere & permittere, si faciemus &c. Sed Deo gratia quod uos nihil recepistis. Seribis Eccium a te esse

esse coactum fateri, Nos fide iustificari, utinam
coegisses eum non mentiri. Scilicet Eccius fatetur
iusticiam esse fidei, Sed interim papatus abomina-
tiones omnes defendit, occidit, persequitur, damnat
hanc doctrinam fidei professos, necdum poenitet
sed pergit. Idem facit tota pars aduersariorum,
Et cum his (si Christo placet) conditiones concor-
die querite, & frustra laborate, donec illi occasi-
one aliqua plausum inueniant, quo uos obruant.

Quod scribis de utraq; specie, recte fecisti,
Ita enim tecum sentio, non esse indifferens, sed præ-
ceptum, ut utranq; speciem sumamus, si sumere Sa-
cramentum uolumus. Non enim nostri est arbitrij
in Ecclesia Dei & in cultu Dei uel statuere, uel to-
lerare, quod uerbo Dei non potest defendi, Scilicet
hac eadem uoce fecerim facile omnes Dei leges &
ordinationes indifferentes. Vno enim admissio in-
differenti in uerbo DEI, qua ratione obstabis, ne
omnia sint indifferentia? Clamet & uociferetur
sane Ecclesiam totam à nobis damnari. Nos dici-
mus Ecclesiam inuitam fuisse captam, oppressam
Tyrannide unius speciei. Atq; ideo excusandam,
quemadmodum uniuersa Synagoga in Babilone
excusata fuit, quod non seruauit legem Mosi in ri-
tibus Ecclesiasticis & Sacramentis suis in Iherusa-
lem. Neq; enim ideo non fuit populus Dei, quia ri-
tus sibi mandatos non seruauerunt ut captiui & uio-
lenter

Nota.

Sicut iam
nihil non
est ac in-
differens
pacificat.

Et in de-
ferro.

lenter prohibiti. Sed Eccius uult se & suos Eccle-
siam predicari. Nos contra dicimus non Ecclesi-
am totam à nobis damnari, sed ab ipso totum uer-
bum Dei, quod plus quam Ecclesia est, damnari in
Sacramento uiolato.

De obedientia Episcopis reddita, ut Iurisdic-
tione, ac caeremonijs cōmunibus, ut scribis, **Sehet
enuch dennoch wol für / vnd gebt nicht
mehr denn ihr habt.** Ne cogamini denuo
ad difficilius & periculosius bellum pro Euangelio
defendendo. Scio uos Euangelium semper exci-
pere in istis pactis, Sed metuo ne nos postea persi-
dos aut inconstantes insimulent, si non seruemus
quæ uoluerint. Ipsi enim nostras concessiones lar-
ge, largius, largissime accipient, suas uero stricte,
strictius, & strictissime dabunt. Summa, Mihi in to-
tum displicet tractatus de doctrinæ concordia, ut
quæ plane sit impossibilis, nisi papa uelit papatum
suum aboleri. Satis erat nos reddidisse rationem
fidei, & petere pacem, Conuertere eos ad uerita-
tem quare speramus? Nos uenimus audituri an no-
stra probent nec ne, liberum illis permittentes ma-
nere, quales sunt. Et querimus an damnent uel iu-
stificent, Si damnant, quid prodest cum hostibus
concordiam uelle tractare? Si iustificant, quid opus
est ueteres abusus uelle retineri? Cum uero certum
sit damnari ab ipsis nostra, eò quod non peniteant
& sua

Nota,

Nota,

et sua retinere contentur, cur non intelligimus omnia esse solum et mendacium, quaecumque tentant? Neque enim dicere potes est Spiritu Sancto eorum ista studia manare, in quibus nihil poenitentiae, nihil fidei, nihil pietatis est. Sed Dominus qui coepit in uobis perficiat opus suum, Cui uos commendat ex animo 7. kal: Septem: 1530.

O no
stram ca
citatem.

DOCTOR MARTINVS

Lutherus Christi discipulo ac testi fide
li M. Philippo Melanthoni
fratri suo.

GRatiam et pacem Christi ueram. Arbitror te mi Philippe iam satis multum experientia uidere Belial nulla ratione cum Christo conciliari posse, nec spem concordiae ullam concipi debere, quo ad doctrinam. Scripsi de hoc ad principem, causam nostram non posse ferre Caesarem iudicem, et nunc, quid literae citationis tam clementis uoluerint, uideamus. Sed forte res ipsa iam dudum ultra progressa est, antequam literae meae uenerunt, id quod tum quoque cogitabam, cum scriberem. At certe pro mea persona ne pilum quidem cedam, aut patiar restitui, potius extrema omnia expectabo, quando sic obstinate pergunt, faciat Caesar quicquid poterit. Quid autem uos egeritis, cupio

Ite
iam de
nuo obli
tus est.

tis, cupio